

Annotationes in Epistolas Pavli Ad Timotheum : [Bugenhagen, Johannes], [1524]

CONTENTS

<i>ARGVMENTVM.</i>	2
<i>LOCI INSIGNIORES SVNT.</i>	2
CAPVT I.	3
<i>Paulus apostolus Iesu Christi.</i>	3
<i>Ne diuersam, etc.</i>	3
<i>Ex corde puro.</i>	5
<i>Et gratiam habeo.</i>	5
<i>immortali regi.</i>	6
<i>Iuxta prophetias.</i>	6
<i>Hoc praeceptum</i>	6
<i>Hymenaeus et Alexander.</i>	6
<i>Tradidi satanae.</i>	6
CAPVT II.	7
<i>Deprecationes.</i>	7
<i>Omnes uult saluos fieri.</i>	8
<i>Vnus mediator.</i>	8
<i>Vt esset testimonium temporibus suis.</i>	9
<i>Volo uiros orare.</i>	9
<i>Sustollentes etc.</i>	9
<i>Mulier in silentio, etc.</i>	10
CAPVT III.	11
<i>DE EPISCOPIS ET DIACONIS.</i>	11
<i>Vnius uxoris maritum.</i>	11
<i>Nouicium.</i>	11
<i>Tenentes mysterium fidei.</i>	11
<i>Nam qui bene ministrauerint.</i>	12
<i>In domo del.</i>	12
<i>Vt noris quomodo, etc.</i>	13
<i>Magnum est pietatis mysterium</i>	13

CAPVT III.	14
<i>Creauit ad sumendum.</i>	14
<i>Sanctificatur.</i>	14
<i>Bonus eris minister.</i>	15
<i>Pietas ad omnia utilis, etCe</i>	15
<i>Enutritus in sermone.</i>	16
<i>Praphanas et aniles.</i>	16
<i>Qui est saluator omnium, etc.</i>	16
<i>Nemo tuam iuuentutem.</i>	16
<i>Praecipe.</i>	17
<i>In spiritu.</i>	17
<i>Donec uenero, etc.</i>	17
<i>Haec exerce.</i>	17
CAPVT V	18
<i>Seniorem ne increpaueris, etc.</i>	18
<i>Viduas honora.</i>	18
<i>Porro quae uere uidua est.</i>	19
<i>Hominum testimonio, etc.</i>	19
<i>Primam fidem.</i>	19
<i>Quod si quis fidelis.</i>	19
<i>Qui bene praesunt presbyteri.</i>	19
<i>Aduersus presbyterum.</i>	20
<i>Obtestor in conspectu dei, etc.</i>	20
<i>Neque communices peccatis alienis.</i>	20
<i>Manus cito, etc.</i>	21
<i>Ne posthac bibas aquam.</i>	21
<i>Quoruudam hominum peccata.</i>	21
CAPVT VI	21
<i>Quicumque sub iugo sunt serui, etc.</i>	21
<i>Haec doce, etc.</i>	22
<i>Est autem quaestus, etc.</i>	23
<i>De laboribus multis.</i>	23
<i>Tu uero homo dei.</i>	23
<i>Sectare iustitiam, etC.</i>	23
<i>Certa bonum certamen fidei.</i>	23
<i>Et professus es bonam professionem.</i>	23
<i>Praecipio tibi coram ideo, etc.</i>	24
<i>Vsque ad apparitionem.</i>	24
<i>Et solus habet immortalitatem.</i>	24
<i>Lucem inaccessam.</i>	24
<i>Depositum.</i>	24

IN PRIOREM AD TIMOTHEVM EPIStolam Annotationes Ioannis Bugenhagii Pomerani.

ARGVMENTVM.

TIMOTHEVM APOSTOLum, id est, episcopum siue praedcatorem, a se ad hoc ordinatum Paulus instruit quid doceat, nempe fidem tantum et charitatem, reiectis fabulis et inutilibus quae stionibus, et pugnis uerborum, et diJputationibus inanibus pro ambitione et auaricia ina stitutis, quae pestes sunt syncerae in Christum fidei, et in proximum
 5 charitatis: neue admittat doctrinas dae moniorum in hypocrisi loquentium mendacium, quas in nouissimis temporibus regnatos praedicit. Haec sparlim in epistola, cap.2. de oratione communi instruit, et quid mulieres deceat erga uiros. In tertio, Episcopos, et Diaconos Christianos depingit cum corum uxoribus, familia et liberis. In quinto modum monendismngulos praescribit, et uere uiduis prouideri uult ab ecclesia. Docet quoque
 10 Episcopos, qui laborent inuerbo et doctrina, esse dignos, quibus uictu et amictu prouideatur, et de iudicio episcopi in peccantes lubdit. In sexto docet, quod serui, quoddiuites monendi sint?

ANNOT. IOANNIS POMERANI

praeterea, quae de doctrina Christiana interserit:ut supra dictum est.

LOCI INSIGNIORES SVNT.

Primus, quae sit doctrina Christiana, et quae prophana, locus maxime necessarius, ne
 15 fiducia operum legis, iustificatorem deum negemus, aut inani disputatione et pugna uerborum, et inutilibus quaestionibus. fidem simul laedamus et charitatem, cap.1.4.et 6. Secundus, quod lex iusto non est posita, sed iniustis, cap. I.id quod ad Gal.5. sic legis: Si spiritu ducimini, non estis sub lege: manifesta sunt autem opera, etc. Terti us, quod blaspemia et contumelia et persecutio contra Euangelium Christi, non noceant
 20 auctoribus suis, qui trantes per hoc putant se obsequium praestare deo modo postea cognita ueritate respiscant, ut Pau. Alii uero qui scientes contra ueritatem pugnant, et blasphemant, peccant irremissibiliter in spiritum sanctum, ut est in euangelio. Verum hic non est nobis praecipitanda sententia. Hic locus hodie scitu necessarius est. cap. 1. Quartus, quod pro omnibus est orandum. item pro regibus et praelatis, ut sub eis
 25 nobis quiete uiuere liceat. Deus enim nullum statum reiicit: sed ut ex iufimis, ita et ex sublimibus quosdam ad sui agnitionem perducit, cap.2. Quintus, habitus mulierum, et ut sint in omnibus uiris subiectae, cap.2. Sextus, officium et shectata conuersatio Episcoporum et Diaconorum,

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

et eorum uxoru, liberorum et familiae, cap.3. Septimus, doctrina daemoniorum. Satis
 30 hodie notus locus, cap.4. Octauus, pietatem ad omnia ualere, parum uero torporis exercitationem, locus magis necessarius, quam uideatur, cap, 4. Nonus, de uiduis,

[p.79]

cap, 5. Decimus, quod necessaria uitae debentur doctoribus ab ipsis auditoribus, cap. 6. Vndecimus, de accusatione et iudicio in peccantes, cap.5. Duodecimus, quod neque serui, neque diuites alieni sunt a regno coelorum, etiam in ipsa seruitute, et in ipsis diuitiis, modo sequantur quae Paulus monet, cap.6. Praeterea qua comitate agendum lit cum omnibus, principium cap. 5. ostendit.

CAPVT I.

Paulus apostolus Iesu Christi.

HAc inscriptione suum uerbum commendat Timotheo, et omnibus lectoris epistolam, ut certissimus hoc esse uerbum dei, non hominis: quandoquidem doctrinas et mandata hominum reiicit deus in Esaia, et Christum in euang. et lex non patitur aliquid addi uerbo dei. Dicit ergo se apostolum esse Christi, et sibi commissum esse apostolatam, id est officium euangelii praedicandi a deo. quasi diceret, non uenio mea referre, sed quae mihi commissa sunt a deo.

Deum saluatorem uocat, quia ipse per Christum seruat, siue saluat nos: et ficut dicitur de Ephe.1.fecit nos di

ANNOT. IOANNIS POMERANI

lectos in dilecto filiosuo. Et Christum uocat spem nostram, quia qui Christum non habent, in desperatione uiuunt, sicut ad Ephe.4. Qui desperant, semetipsos tra diderunt in impudicitiam etc. Hypocritae quoque fingunt se sperare, sed ueniente tentatione, spem non habent, quia Christum non habent. Germanum, id est uerumnam Christum recte didicerat ex doctrina Pauli, qui se ob id eius patrem scribit. Qui germani filii in fide sint, parabola de seminante, Lucae. 8. declarat.

Gratiam et misericordiam (quae est, quod gratis nobis donantur peccata, et haeredes simus regni absque omni merito) necessario sequitur pax mentis et consci entiarum, quae exuperat omnem mentem. Non enim oculus uidit, nec auris audiuit, etc. Nisi uero gratiam dei, et misericordiam te consecutum credideris, nunquam pacem habebis. Consecutum inquam, non ex tuis meritis, iustitiae studio, etc. sed a deo, qui tantum nos diligit in dilecto filio suo, ut pater noster non solum appelletur, sed reuerasit: ut nihil trepidemus ad tantam maiestatem, qui ex misericordia eius sumus filii. Et a domino Iesu Christo domino nostro, sub cuius dominio et imperio totus exercitus inferorum, dei filiis, et Christi seruis praeualere non potest, etc. Atque hic uides Christum non solum dominum dici, ne quis contemnat eum, quia uidet hominem factum: sed etiam dominum nostrum uocat, ut etiam agnoscas eum protectorem,

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

imo et te dominum, et regem in ipso, qui potens sis lupra peccatum, mortem, et infernum etc.

[p.80]

Ne diuersam, etc.

65 Vel ne aliam sequantur doctrinam, ut uetus habet translatio. Ne aliter doceret, praedicationi euangelicae siue fidei nihil uult addi, quantacumque specie pietatis: id quod
 tum quoque nitebantur pseudapostoli. Vnde uir ad Gal. 1. Etiam si angelus e coelis
 etc. Nimirum praesentiebat fidem Christi, doctrinis humanis abolendam, ut factum
 cernimus. Idcirco summe notandum, quod hic dicit, aedificationem dei esse perfidem,
 70 sentiens reliqua omnia, quae docentur, esse destructionem. Aedificatio est doctrina
 salutis: destructio, impia doctrina, et salutis uastatio, ut saepe uides in Paulo. Hanc fidei
 aedificationem duo hominum genera impediunt, uel etiam destruunt aedificata. Nam
 alii docent fidere in operibus legis: quia lex a deo data, non potest non esse bona et
 necessaria. Quibus respondet, quod usum legis bonae ignorent. Fidem oportet doceri,
 sine qua legis opera, quemadmodum lex exigit, fieri non possunt. eides enim spiritum
 75 impetrat, legis impletoem: ubi uero habueris fidem, iam nulla lege teneris, ut nemini
 quicquam debeas, nisi ut proximum diligas, ad Rhoma. 12. Et hoc praestabis, non solum
 quia debes, quia lex iubet: sed et quia uis, nimirum sic trahente spiritu uoluntatem tuam.
 Hoc est quod hic dicit, lex sint. iusto non est posita, sed iniustus, qui uel puniuntur, uel

mg An sontes plectendi |

ANNOT. IOANNIS POMERANI

occiduntur secundum legem: ut non sit opus quaerere, an sub nouo testamento sint sontes
 80 plectendi, quum constet adulteros, fornicarios, homicidas sub nouo testamento non
 contineri, ad quod pertinent soli iusti per fidem, is est credentes, contra quos non est lex.
 Deinde cum multa ex lege praecipiant, intentionem legis et capite egregie negligunt,
 quae est, ut dixi, charitas in proximum, sed non foris simulato opere ostensa: sed, ut hic
 definitur, ex corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. Vides quod ne eleemosyna
 85 quidem quantuncunque copiosa, prosit sine fide (quicquid enim non est ex fide peccatum
 est) et charitatis opera quae uidentur, non esse charitatem, nisi ex corde et conscientia,
 quam fides purificauit, non ficta ueniant. Ii, inquit, deflexerunt ad uaniloquium, uolentes
 esse legis doctores, sicut et hodie operum praedicatores et doctores, non intelligentes
 quae loquuntur, nec de quibus adseuerant. Praecepta quidem proponunt, et legem siue
 90 mandata morum: sed unde tibi detur, ut sic uiuas, non docent, Inuenies hodie qui nihil
 quaerant in sacris literis praeter moralia, quae deinde similia putant ethnicis, Aristotelicis,
 aut Senecae praescriptis: qui tamen nesciunt, quid Paulus in tota epistola ad Rhoma.
 uel Gal. disputex aut quid Christus uelit, dum fidem, id est fiduciam in deum ubique
 praedicat: aut quid sit quod hic Paulus dicit, charitas de puro corde, et conscientia bona,
 95 et fide non

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

ficta. Nam, ut inquit, quod a talibus aberrauerunt, deflexerunt ad uaniloquium, etc.
 Sed de his hactenus. Alii uero docti ex sacra scriptura, sciunt non fidendum operibus,

[p.81]

sed soli dei misericordiae, et quidem recte: sed curiosi et superstitiosi inania uocabula
 inueniunt, quae literae sacrae non nouerunt, et scientiam iactant, contra quos in fine
 100 epistolae dicit, deuitans pro phanas uocum inanitates. Item fabulas sequuntur, id est, alia
 extra sacras literas: qualia multa commenti sunt Iudaei, qualia etiam multa nostri habent
 quasi historiam. Et praeterea genealogias quaerunt numquam finiendas, id est de quibus
 ex sacris literis non potes esse certus, quas alius sic, alius aliter computat, et quisque
 sua praefert: quae, inqt, quaestiones et dubium generant, et nullam aedificationem. Item
 105 sunt, quorum magnus est numerus, qui magno animi negotio, nihil nisi uanas quaestiones
 sequuntur ex sacris literis, nusquam non haesitantes, dum etiam nodum inscirpo quaerunt:
 interim uero quam certissimam uident sanam doctrinam, et apertum Euangelium, id est
 luce clariore: dei Christique promissiones in utriusque instrumenti pagina relinquunt.
 Qui in hoc periculo sunt, ut uerendum sit eis, ne dum pugnas sequuntur uerborum, relictis
 110 illis, ex quibus aedificari possent, tandem incipiant de ueritate sacrae scripturae dubitare.
 Et dum umbram sequuntur, ut canis Aesopicus, ueritatem et rem ipsam:

ANNOT. IOANNIS POMERANI

id est, fidem amittant, quorum adhuc peior est causa, si per haec sua lucra sectantes, alii
 aliis sese praeferre contendant. de quibus cap. 6. sic dicit: Si qs aliter docet, etc.

Ex corde puro.

Vbi enim est fides non ficta, ibi est et cor purum: sicut Petrus dicit: Fide purificans
 115 corda eorum. ibi est et conscientia bona. Qui enim sibi recte conscius est qui deo non
 ex toto corde fidit? Porro fidem non fictam dixit, id est ueram: contra illam quae hodie
 uulgo iacta tur, qua adsentiuntur historiae euangelicae: sicut aliis historiis, et illis quae
 gesta narrantur de Thurca, de Alexandro, de Iulio papa, etc. quae potius opinio est de
 Christo, et fides historica, uel potius ficta fides quam fides illa iustificans, quam soli
 120 norunt credentes, Hinc fit, ut nostri libentius audiant fabulam narrari quae exempla
 uocant, quam textum euangelicum: quia quam fidem Euangelio habent, etiam habent
 illis fabulis non aliam, et fere minorem.

Et gratiam habeo.

Hic locus nobis proponitur a Paulo, ne ob quanlibet etiam uitam, et quaecumque peccata
 desperemus. modo ueniamus ad Christum, ut Paulus. Hic uide quam sint omnia dei, ut
 125 hic nihil praesumas, sicut illi qui stulte putant sese posse ad Christum aditum habere
 quandocumque uolunt, contra Paulit, dicentem: Non est uolentis,

mg Rhom.9 |

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

neque currentis, sed etc. Primum dicit, qui me potentem, reddidit per Christum: deinde,

[p.82]

qui me fidelem iudicauit. item, misericordiam adeptus: item, exuberavit supra modum gratia etc. item: Christus uenit peccatores saluos. facere, etc. Non nobis domine non
 130 nobis, sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua et ueritate tua. id quod Paulus hic sic dicit: Regi autem seculorum, etc.

immortali regi.

Ergo regnum eius est in aeternum. Inuisibile ergo regnum eius non est de hoc mundo, sed spirituale. Solisapienti, ergo praeter eum et extra eum omnia sunt stulticiae plena: ut nihil sapientiae uerae sit, ubi ipse non illuminat: et, ut sic dicam, sapientificat. Et
 135 de Christo praedictum erat, Hiere. 23. Et regnabit rex, et sapiens erit. Ex Hebus sanctificator erit.

Iuxta prophetias.

Intelligunt, iuxta ea, quae spiritu prophetiae ante de hoc cognoui, quando te feci episcopum, ut secundum ea agas. Ego aut et hic, et infra cap.4. intelligo prophetias doctrinas spiritus dei, siue reuelationem scripturae, quam a Paulo uel aliter acceperat
 140 Timotheus: sicut prophetiam accipi diximus in Esaia. Vnde ex graeco hic legi potest iuxta prophetias, quae ad te praecesserunt: id est ut ambules secundum doctrinam quam accepisti, et quam habes, ut eam ipsam defendas contra aliter docentes:

mg Psal.113 | *mg* vide Anno tationes eiusdem in Esaia. |

ANNOT. IOANNIS POMERANI

idquefacias in fide, et bona conscientia, quae duo separari non possunt. Nam, ut inquit, qui conscientiam bonam repulerunt, id est qui audent aliud dicere, aliudquefacere, quam
 145 quod in corde nouerunt, unde aliquid prae caeteris uideantur, unde caeteris superiores per contentionem adpareant: id quod hodie multum uulgare est. Sed Paulus hic uocat blasphemiam. Hi, inquit, qui bonam conscientiam repulerunt, naufragium fecerunt circa fidem: id est, etiam in eo periclitati sunt, quod intus in corde sciuerunt, et tandem perdiderunt.

Hoc praeceptum

150 Scilicet, ut supra, ut denuncies quibusdam etc. ut commendes gratiam Christi peccatoribus, sicut ego, absque operibus legis, etc. Vel potes referre ad hoc quodsequitur: ut milites, etc.

Hymenaeus et Alexander.

Qui scientes, contra ueritatem quam sciuerunt, solent contendere.

Tradidi satanae.

Sicut Corinthium, qui duxerat nouercam suam: de quo uide in annotationibus Philippi.
 155 Hanc tamen excommunicationem, sicut et illam, ostendit esse utilem, cum dicit: Vt
 discant non blasphemare. Haec non est papistica, quam hodie uidemus excommunicatio,
 ett,

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

CAPVT II.

[p.83]

ORatio est cordis desyderium pro re a deo impetranda. Hoc desyderium si uerum est,
 nunquam cessat, donec a deo quod desyderat, accipit: hoc est quod Christus dicit, Oportet
 semper orare, et non deficere. Qui non desyderat, nihil orat, ut maxime multiloquio
 aëra compleat: qui uero desyderat, etiam a uerbis quandoque non abstinebit. Hinc fit,
 5 ut generali uocabulo orationem uocemus quamcunque cum deo collocationem, etiam
 cum laudamus in psalmis et canti cis spiritualibus: id est, quae fiunt incordibus. Nam ut
 nunquam cessamus desyderare misericordiam et nobis et proximis: ita quoque semper,
 ne nostra uideamur quaerere, desyderamus sanctificari nomen patris nostri. In omnibus
 ad deum fiat uoluntas tua etc. Instruit ergo hic Paulus episcopum, quod moneat suos
 10 auditores, nempe hoc, ut in primis orent. Quomodo enim intelligent Euangelium, aut
 dilectionem consequentur in deum et in proximum, nisi postulauerint a deo spiritum
 bonum? Vt hac admonitione primum omnium discant omnia ex deo pendere, cum
 audiunt omnia a deo postulanda. Orent autem pro omnibus hominibus, etiam inimicis:
 id quod uera postulat charitas. Nec excludant ab oratione reges et principes, licet impios.
 15 Primum, ut quam pacem eis postulamus ueniat quoque ad nos, et sub eis uiuamus in
 pace, quan

mg Oratio quod . |

ANNOT. IOANNIS POMERANI

tum per pietatem ad deum, et honestatem ad proximum liceat. Ne intelligas propter
 carnis pacem, quod ad homines attinet, cedendum esse pietati et fidei, siue conscientiae.
 Deinde, quod hoc quoque acceptum est deo, ut pro omnibus oremus sine acceptione
 20 personarum, siue sint iudaei siue gentes, siue serui siue principes. Quia sicut ipse solus
 deus est, et omnium sine acceptione dominus: ita oens homines uult ad agnitionem sui
 peruenire. Quapropter nos neminem excipere debemus, ne reges quidem impios, cum
 ipse neminem excipiat. Sic pratur pro Nabuchodonosore, et Balthasaro, Baruch. 1. Item,
 quia unus est mediator inter deum et hominem, qui se dedit redemptorem pro omnibus.
 25 Ergo rursus nos neminem excludere debemus, cum oramus pro salute hominum, etc.
 scientes hoc ipsum et deo patri, et Christo, quem pater dedit mediatorem, placere.

Deprecationes.

Sic distinguunt, ut deprecari sit orare, ut malum auferatur, obsecrare ut bonum ueniat, interpellari, conqueri de his quae nos laedunt: gratias agere de beneficiis acceptis: id quod fere rationes uocabulorum postulant.

Omnes uult saluos fieri.

- 30 Cunctos homines uult saluos fieri, siue seruari, et ad agnitionem ueritatis peruenire: ergo iussi sunt apostoli praedicare Euangelium omni creaturae: Sed multi sunt uocati, pauci uero electi Quomodo autem hoc con

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

- uenit cum eo quod Rho. 9. dicit Paulus, Cuius uult miseretur, et quem uult indurat? Respondeo, quod unus locus in scripturis obscurus, non est omnibus aliis claris obiciendus. Tota scriptura habet impios damnari, pios siue credentes saluari: illos iudicio dei, hos miseri, cordia. Intelligendum ergo quod dicit, Vult omnes homines saluos fieri etc. De hominibus omnium statuum, id quod hic cohaerentia textus postulat. Orate pro omnibus, etiam pro regibus etc. quia hoc placet deo: qui nullum statum mundi reiicit: quandoquidem et iustos reges fuisse constat: ut Daudem, Ezechiam, etc. Omnes ergo hoies, id est ex omnibus statibus homines, et praeterea non solum Iudaeos, ut ipsi Iudaei putant: sed et gentes per totum orbem. Sic et de Christo dicit: Qui dedit semetipsum precium redemptionis pro omnibus. Vide, si placet, annotationes. Philippi ad Rho.8.

[p.84]

Vnus mediator.

- Vnde ergo nobis tot mediatores quidam fecerunt Ine scriptura, et sine uerbo dei? quibus non occurrit, quod Christus orat pro nobis, et intercedit, ut mediator: et solus mediator inter deum et hominem, quam solus est deus, et homo: id quod nullus aliorum sanctorum esse potest. Orant sancti qui sunt in terris pro se mutuo, et exaudiuntur a deo, sed per Christum mediatorem, sicut ipse promittit: Si quid petieritis patrem in nomine meo, hoc faciet, etc. De defunctis sanctis,

mg Ioan.16. |

ANNOT. IOANNIS POMERANI

- quod orent pro te, scripturam et uerbum dei non habes. Quando quidem scriptura
50 Christum tibi commendat pontificem qui ingressus est in coelum, ut illic se offerat uultui patris pro nobis, ut dignissime tractat epistola ad Hebus Qui interpellat pronobis, Rho.8. Quem aduocatum habemus apud patrem, qui est propiciatio pro peccatis nostris, I. Ioan.2. Et propiciatorium nostrum, ad Rho.3. Et thronus gratiae, ad Hebus 4. Et praeterea solum deum inuocandum esse tota scriptura et praecipit, et testatur, nec aliud

55 exemplum in scripturis habes. Cur ergo ad illa deflectis quae nescis, relicto illo quod certum tibi offertur? In iniuriam certe Christi alios in coelo posuerunt mediatores. Et Paulus aperte dicit, vnus deus vnus mediator.

Vt esset testimonium temporibus suis.

60 Id est, ut hoc mysterium redemptionis Christi, qua redimuntur omnes homines: id est non solum Iudei, sed etiam gentes, reuelaretur mundo, tempore a deo ordinato: sicut de hoc mysterio reuelando in epistola ad Ephe. et alibi scribit, et hic infra cap.3. Ad quod mysterium reuelandum dicit Paulus se doctorem missum à deo gentibus. Doctorem inquam in fide, non doctrinis legis, et ueritate, non hypocrisi operum. Veritas est fides, ubi creditur non hominum doctrinis (omnis enim homo mendax) sed soli uerbo dei: qui est ipsa ueritas, etc.

Volo uiros orare.

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

65 Prosequitur quod operat de oratione. Vide hic quod Paulus non requirat templum adorationi: sed dicit, In omni loco, id est, ubicunque orauerint, etc. Ne hic struas rursum Paulo calumniam, quod oporteat etiam in aquis, in inuiis etc. orare: quia dicit in omni loco, etc. Potueram et hoc quoque quod supra dixi, Vult omnes homines saluos fieri: sic interpretari, id est, quotquot saluantur, eius uoluntate saluantur, sicut Ioannis I. Illuminans omnem hominem etc. id est quotquot illuminantur, a deo illuminantur: sicut et hic, Volo uiros orare in omni loco: id est, ubicunque orauerint. Si uidissem ad contextum orationis pertinere, ut uideas uel hoc loco, quod scriptura nihili facit sophisticas cauillationes. Qui credit, credat. Argutiis enim illis, deispiritus non concipitur. Summa ergo (ut hoc rursum ingeram) superioris loci ex contextu orationis petenda est. Orate pro omnium hominum 75 statu siue conditione. Nam deus nullum statum reiicit, et Christus non solum pro Iudaeis, sed etiam pro gentibus, cuiuscunque conditionis existant, mortuus est. Aduerte, quod uiros uult orare cum pietate, mulieres uero non solum cum pietate, sed et cum uestitu et opere profitentes pietatem, ut etiam ipso aspectu uideantur esse Christianae: et exemplumsint castitatis et uerecundiae, ne auertant uirorum animos, ubi ad orationem 80 publicam conuenitur. Nam publicam etiam orationem tum habuisse Christianos, ubi conueniebant, testatur

[p.85]

ANNOT. IOANNIS POMERANI

Iocus Pauli 1. Corin. 14. Si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotae, quomodo dicet amen super tuam benedictionem. Opera uero bona mulierum non sunt fuperstitiones illae stultarum foeminarum, quarum multas ipsae excogitarunt, multas uero a stultis 85 confessoribus, quos uocant, et indoctis praedicatoribus didicerunt. Sed sunt illa quae scribuntur infra cap.5. Si filios educauerit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauerit, si adflictis inseruiuerit, si in omni bono opere fuerit adsidua. Et ad Titum 2. Anus similiter et c.1 Petri 3. Similiter et mulieres, etc.

Sustollentes etc.

Habitu orantium indicat, qui nihil est nisi et cor leuetur ad deum: sicut in psalmo
 90 dicitur: Ad te domine leuauit animam meam: id quod hic dicit, Sustollentes puras manus.
 Quorum enim manus sanguine plenae sunt, illos non uult exaudire dominus, Esa.1. Purae
 manus non sunt, nisi cor purum sit, quod sine fide purum esse non potest. Fide enim,
 inquit Petrus, purificans corda eorum, id quod hic dicit, absque ira et disceptatione. Duo
 sunt quae impediunt exauditionem. Primum ira, id est quod non dimittis proximo in
 95 te peccanti. Nam hanc conditionem in euangelio semper uides adiectam: Si remiseris
 fratri, etc. Alterum disceptatio, qua disceptas tecum, et dubitas num sis exaudiendus.
 Hic quoque nihil recipis, Iacobi. I. Vide Marci II. Credite et accipietis.

mg Bona opera mulierum. | *mg* Duo sunt quae impediunt exauditionem. |

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

[p.86]

Mulier in silentio, etc.

Id est, non loquatur, ubi docendi gratia conuenitur, ubi audiendum est uerbum dei: nam
 uiris permittitur loqui cum doctore, imo si fuerit assidenti reuelatum, qui prius doce-
 100 bat, taceat, 1. Corin.14. Mulieres uero in ecclesia taceant, ut dicitur ibidem: ne sibi
 auctoritatem uendicent in uiros contra legem dei, quae dicit: Sub uiri potestate eris.
 Et praeterea, Adam est creatio prior. Item, Mulier est ruina uiri: salua tamen fiet
 per liberorum generationem. Quod opus haud dubie bonum, nemo hodie respicit, cum
 tamen hic mulier habeat uerbum Pauli, imo dei in Paulo, et in hoc obsequitur deo, qui
 105 dicit: In labore paries, etc. Imo hic in dei opere est, qui dicit: Multiplicabo conceptus
 tuos, et aerumnas tuas, etc. Et additur: Si manserint, etc. Sic enim est in Graeco uerbum
 plurale, quod in ueteri translatione non inepte legitur in singulari, uitato Hebraismo.
 Hebraismus enim est, si manserint scilicet mulieres. de quibus supra dixit. Consimiliter
 et mulieres, etc. Hebraeos subito mutare numerum, et personas, ex prophetis notum
 110 est. Nam qui intelligunt, si permanserint, scilicet filii, non uident quam ineptum hoc sit,
 quasi mulier non possit salua fieri, nisi et filii saluentur. Igitur si permanserint, inquit,
 mulieres in fide, et dilectione et sanctificatione, qua quotidie sanctiores fiunt, id est
 trescunt fide et dilectione, adiuncta castitate, id est morum integritate, quae etiam deceat
 coram hominibus. Aduer

ANNOT. IOANNIS POMERANI

115 e uero et mulieres prophetare, si habent uerbum, ubi uiri non sunt qui uerbum habeant.
 I. ad Corin.11. Mulier orans aut prophetans, etc. Iohelis 2.legis, Et prophetabunt filii
 uestri, et filiae uestrae. Actorum. 21. Erant Philippo quatuor filiae uirgines prophetantes.
 Et Maria canit Magnificat, etc.

CAPVT III.

DE EPISCOPIS ET DIACONIS.

EPiscopus esse uerbi dei praedicatores ad hoc electos, et diaconos esse sanctorum ministros, et pauperum prouisores admonui in principio epistolae ad Philip. Hi eligebantur in ciuitate a populo, uel ab Episcopo: id est, apostolo aliquo, siue praedicatore, qui illic populum docuerat: et manere ibi non potuit consentiens tibi et uolente populo.

5 Eligebantur autem ex ciuibus probatissimis, quibus erant uxor, filii, familia, domus cura, et. Sicut nunc consules eliguntur: ut hic uides. Vnde episcopatus et diaconatus officia erant, non perpetuae dignitates, ut nunc fabulantur de caractere indelebili. Compone ergo nunc nostrorum dignitates illorum officiis, et uidebis apostolicam institutionem nostros ignorare. Igitur apostolus dat, si qui sint qui cupiunt praefici, quemadmodum

10 hic describit. Bonum enim opus desyderant, non suam gloriam aut commodum: officia enim sunt, non dignitates. Eadem pene uides ad Titum

mg episcopatus officium, non dignitas est |

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

I. quae huc quoque confer. Tales describit, qui non solum docti sint et potentes in uerbo et fide euangelii Christi, et inculpati coram deo: sed etiam contra quos ne infideles quidem habeant, quod uel iuste obiiciant, aut saltem de quo male suspicentur, non solum ex propria persona: sed etiam ex uxore, filiis, familia, etc. ne blasphemetur bonum dei uerbum,

15 et.

Vnius uxoris maritum.

Id est, qui non habeat simul plures uxores, quemadmodum nunc: quidam ex Iudaeis, quidam et ex gentibus nuper conuersis adhuc habebant. Hoc ideo, ne sint suspecti de impudicitia. Non ergo hic dicitur, quod mor tua uxore non possit ducere aliam, quasi

20 tunc debeat resignare familiae, liberis, domui: quae huc uides, etc.

Nouitium.

Id est, nuper conuersum, et nondum probatum tentationibus: quales fere solent putare se aliquid esse, cum nihil sint. Superbiunt enim quasi fide fortes, et ueniente tentatione cadunt, et negant, aperientes ora blasphemias contra euangelium dei.

Tenentes mysterium fidei.

Id est, cognoscentes et habentes apud se fidem, quae reuelatur in corde, quae a mundo non uidetur. Et hoc cum pura conscientia, sicut antea monuimus: fidem cum conscientia

25 bona coniungi: id est qui boni non audeant

ANNOT. IOANNIS POMERANI

aliud dicere aut facere, quam quod secundum fiden sentiunt: hoc est quod in Actis apostolorum eliguntur diaconi siue ministri, pleni spiritu sancto. sicut dixit in epistola ad Philippen.

Nam qui bene ministraverint.

- 30 Id est cum pura conscientia, et absque crimine, sicut supra dixit, ministrent sic, ut nemo possit illos criminari. Hoc uero quod hic additur, gradum bonum, et uide ne intellexeris de gradibus ecclesiasticis, ut hodie dicunt: quasi qui bonus fuerit aliquam diu diaconus possit deinde promoueri in episcopum, quod dignius sit maioribus, qui minora bene praestiterit, scilicet qui aliquandiu bonus fuerit fessor, potest deinde in bonum promoueri
- 35 sutorem. Ita errant nostri, solum dignitates et mundanos honores somniantes, non officia: sci licet qui bene ministraverit, et bonus minister fuerit ex dono spiritus, potest etiam ab hominibus promoueri ut sit bonus doctor plebis. Id enim est episcopum esse. Quid si donum prophetiae non habeat? ut maxime habeat at mysterium fidei cum pura conscientia, sicut supra dixit quemadmodum omnes uere Christiani debent habere
- 40 Spiritus namque diuidit singulis prout uult. Tu ne illum ex bono ministro promouebis in bonum episcopum? Simpliciter ergo hic uide, quod Christus dicit: Omni habenti dabitur, et abundabit, qui accipit donum a deo et utitur eo ad utilitatem ecclesiae, sicut Paulus dicit;

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

[p.88]

- 45 Uniuersique datur manifestatio spiritus ad utilitatem ecclesiae, hic inquam habet, et huic eiusdem dono spiritus augetur illa gratia, et abundabit, ut possit adhuc amplius praestare et prodesse. Hoc est quod hic dicit: qui bene ministraverint, id est qui accepto hoc dono spiritus, ut possint esse ministri electi sanctorum, bene usi fuerint ad utilitatem ecclesiae, siue indigentium: gradum sibi bonum adquireunt, id est ex dono dei augmentis et ditantis proficiunt, et altius ascendunt in eodem dono, ut indies magis ac magis quam
- 50 ante prodesse possint Quia omni habenti dabitur, et abundabit. Nota est parabola illa euangelica, quae certe de donis loquitur, ubi hoc additur: Ab eo autem qui non habet, id est dono accepto, sicut illic uidetur, non utitur ad sanctam usuram: etiam quod uidetur habere, auferetur ab eo, id est inutilis reddetur ab lato rursus dono, et paulatim ab eo etiam fides cordis auferitur, et excaecatur: quia infidelis fuit in commisso. Idcirco hic
- 55 etiam (quod mihi maxime et unice placet) poteris coniungere sic: Gradum sibi bonum adquireunt, et multam libertatem in fide: ut intelligas gradum bonum in fide, ut crescant ex fide in fidem, qui ex fide bene ministrant. Et multam libertatem in fide, id est abunde accipiunt liberam in omnibus conscientiam, et fiduciam in deum, nulla cordis angustia et diffidentia laborantes, qui ex pura conscientia bene ministrant. quasi diceret Paulus,
- 60 Tales eligendi sunt in ministerium, ex quibus indies maior speratur per deum profectus.

In domo dei.

Haec domus deum habet habitatorem, regnum coelorum, regnum dei: regnum Christi,

templum fpiritus sancti, columna et stabilimentum ueritatis: quipp quam spiritus habitator fundauit supra firmam petra id est Christum, docens in ea omnem ueritatem: coutra quam ueritatem, ne portae quidem inferorum prualere possunt: extra quam sunt merae tenebre, eerrores, et regnum principis tenebrarum, etc.

Vt noris quomodo, etc.

Magnum est pietatis mysterium

Id est, arcanum, hactenus mundo incognitum, quoi ecclesia dei uiuentis nouit, cuius ministrisunt Timotheus, Paulus etc. sicut ad Corin. dicit : Sic nos existi met homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum dei. Mysterium autem hoc est, deus manifestatus est in carne adsumpta. Ioan.I. Verbum carofictum est, etc. et uidimus gloriam eius etc. Iustificatus est in spiritu: id quod deo non conuenit, sed Christi bumanitati, quam certum est non a seipsa fuisse iustam, sed a deo, qui solus iustificat. Ideo deo uero tribui deus et homo unus est Christus: sicut filius dei dicitur mortuus pro peccatis nostris. Recte ergo distribuit manifestatie

Id est, quae curare debeas, etc. Nam mox capite sequenti de nostris episcopis longe diuersis dicturus est

IN EPI. PAV. AD TIM. I. 89

manifestatio est in carne, iustificatio autem in spiritu. In carne miraculis proditur, et praedicatur, in spiritu autem iustificatus, non nisi fide creditur. Siquidem in Christum hominem, deus ita iustitiam infudit, ut ipse esset nobis iustitia et sanctificatio et redemptio, sicut I. Corin. I. Qui factus est nobis a deo sapientia. et in psalmo 44. Propterea unxit te deus, etc. Et Ioan. o. Quem pater sanctificauit et misit in mundum. et Ioan. 3. Non ad mensuram dat deus spiritum. Pater diligit filium, et omnia dedit in manum eius. Atque hic caro non prodest quicquam, nisi etiam iustificatum cre das Christum in spiritu, atque adeo iustitiam dei per quem iusti sumus, et satis fiat pro peccatis nostris et saluemur. Hoc autem mysterium manifestati dei in carne Christi, et iustificati dei in spiritu Christi, dignatio ne dei reuelatum est uniuersae creaturae. Nam et angeli desyderant in ea prospicere, quae per Christum habemus. 1. Petri 1. Et oculus non uidit, etc. Et praeditatum est gentibus, cum soli Iudaeisibi uiderentur ad Messiam pertinere, et ad mysterium regni coelorum, licut diximus ad Ephe. 2. et 3. Creditum autem est in toto mundo: alioqui quid profuisset praedicatum esse? Praeterea receptum est in gloria, ut omnes glorificent filium, sicut glorificant patrem: ut in nomine Iesu omne genu flectatur, etc. et omnis lingua confiteatur quod Christus est in gloria dei patris. Gloria

[p.89]

ANNOT. IOANNIS POMERANI

haec est in omni terra, et super omnes coelos. Tante excellentior angelis factus est, Hebraeos I. Regnum enim habet aeternum et sacerdotium, etc. Porro cetum est ueterem interpretem aliter legisse in Graeco sicut et Ambrosius legit et sic reddit, quod manifestatum, etc. Et omnia quae sequuntur, ad mysterium referuntur: sed in eandem sententiam recidunt.

CAPVT IIII.

HVnc locum explicaui in epistola secunda ad Thess. cap.2. Quae uero sint nouissima tempora, ut uetus translatio habet, dixi Esaiae 2.

Creauit ad sumendum.

Gen.1. et 9. Creauit ad sumendum cum gratiarumactione, ut ex beneficio agnoscant patrem. Sanctus est qui comedit carnes, et gratias agit. Indignus est omni creatura, qui
 5 abstinet a carnibus, et non agnoscit creatorem. Lege 1. Corin. 1o. Quare libertas mea iudicatur, etc. Lege quoque ad Rho.14. Voluit et tali beneficio a gentibus agnoscere, sed tenebrae erant in mundo, sicut Paulus dicit Act.14. Qui in primis gens rationibus, et c. Sed quare dicit, fidelibus, quum et infideles edant, bibant, utantur creaturis? Dico, quod
 10 fidelibus deus dedit suas creaturas, ut uides Gen. 1.ii est, ante lapsum Adae: post lapsum uero, infideles in omni peccant creatura. ad Titum I.Omnia munda mun

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

uis, infidelibus nihil est mundum, etc. Hinc fit ut fidelis edendo carnes, quacunque etiam die glorificet deum. Hypocrita autem et iustitiam abstinendo etiam peccat. Primum, quia damnat creaturam dei bonam, deinde gratias quidem simulare potest, agere non potest, quia abiicit dei beneficium. Et praeterea confidit in suam abstinentiam in contumeliam
 15 dei, cui soli fidendum est etc. Domini creati eramus omnium creaturarum, uel hoc dominium perdidimus in Adam, sed in Christo redditum est credentibus. Hinc est ille psal. Domini est terra, etc. Omnia subiecisti, etc. Ergo sine peccato utilis est omnis creatura dei, modo ne contra praeceptum dei. Nam traditiones humanas nihil moror, quia omnis creatura in Christo tua est: et ita quoque Paulus 1. ad Corin.1o. citat ex
 20 psal. testimonium. At dicunt iustitiam illi ciborum, et nos credimus. Respondet Paulus: mentimini. Ego fideles interpretor illos, qui cognouerunt hanc ueritatem, quam uos ignoratis, nempe, quod quia quid creauit deus, bonum sit, et nihil reiiciendum, si cum gratiarumactione comedatur.

[p.90]

Sanctificatur.

Quid est quod creatura dei perse bona est, et tamen hic dicit, sanctificatur? Respondeo
 25 bona est, quia creatura est: immunda autem est ei, qui ea abutitur, aut qui eam immundam ad usum credit. Sanctificatur igitur ex usu utentis ea, sicut 1.Corin.7. dicitur. Sancti

ANNOT. IOANNIS POMERANI

ficatus est, etc. Vbi sanctificatio ad usum matrimonii pertinet, quod mulieri fidei licet uti matrimonio infidelis uiri, et contra absque peccato, et non minus sine peccato quam si uterque esset fidelis. Hic non fit in se sanctus infidelis, sed ad usum matrimonii
 30 fit sanctus ut fidelis coniunx utatur infideli, ut re in se bona, et ad hoc a deo creata. Sic et cibus in se bonus, non fit sanctior, sed ad usum sanctificatur, ut sine peccato sit,

35 quae infideli et gratias non agenti non esset sancta, id est, munda. Sanctificatur, inquit,
 per uerbum dei, quo credimus omnia esse nobis sancta, ut supra et per orationem, qua
 talia oramus nobis dari, et pro datis gratias agimus, sicut supra dixit. Iam uide stultitiam
 iustitiariorum, qui in cibis et aliis creaturis quaerunt sanctitatem, quum ipsae creaturae,
 licet bonae creatione, tamen sanctae nobis, id est munda esse non possunt sine nostra
 fide et gratiarum actione. Qua de usu ciborum diximus, omnia etiam intellige de usu
 40 matrimonii: id quod non obscure ex praecedentibus intelligis. Creatura enim dei bona
 est mulier, si utaris sicut deus instituit. Si contra dei institutionem, ut fit in fornicatione
 et adulterio, iam bona tibi non est, quam deus bonam fecit. Iam et in eadem damnatione
 es, si in matrimonio putas usu creaturae (modo secundum deum fiat) peccari. Damna
 enim non solum creaturam, sed et dei institutionem, etc.

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

Iam doctrinae daemoniorum dicunt, Haereticus es.

[p.91]

Bonus eris minister.

Pietas ad omnia utilis, et Ce

45 Pletas in scriptura (unde pis dicuntur) est uonor dei. Honoras autem deum si credis ei,
 fides ei, times eum laudas, diligis, sciens omnia tua esse: in solo autem deo tuam esse
 salutem, et nullam rem, nullam prorsus iustitiam humanam te posse liberare a peccatis,
 aut saluare, sed solam dei gratiam per Christum Iesum dominum nostrum. Contra
 impietas est, ubi haec non adsunt, ut maxime omnia deceptis sensibus, et concupiscentiae
 50 oculorum sanctissima uideantur. Igitur exerceas te ad pietatem, non quod tuo studio tibi
 talia parare nitaris, id quod fieri non potest: nam haec habuit iam Timotheus. Sed
 quando continuo deloderio haec a deo postulas, sciens beatos esse qui esuriunt et sitiunt
 iustitiam, ut tuam contine, uel sedulo lequi te uocationem. Et haec pietas ad omnia utilis
 est: tua enim salus est et aliorum, et certa salus est, tertia autem per uerbum dei. Nam
 55 promissiones habet praesentis uitae et futurae, utraque saluant, modo eis credas. Nam si
 uerbo dei credis, hinc iustificaris. Pius ut olim multa promittebantur terrena bona, ut est
 in ege Moysi, ita et nobis dicitur: Haec omnia adiicientur uobis. Nam de promissionibus
 uitae futurae quid

ANNOT. IOANNIS POMERANI

attinet admontre? Corporalis autem exercitatio tales promissiones non habet, aliquid
 tamen utilitatis habet, scilicet dum non pro pietate eam habes, sed pro pietatis ministra:
 60 dum exerces corpus uigiliis, ieiuniis, abstinentia, laboribus, ne insolescat contraspiritus
 et pietatem impediatur: sed potius seruiat, sicut Christus admonet. Attendite uobis ne corda
 uestra grauentur crapula et ebrietate. Exercitatio enim est corporis quam exercere potes
 et intermittere pro tuo arbitratu, prout corporituo necessarium fuerit. Quod si corporali
 exercitatione, et quicquid externo opere fieri potest, te iustificari credas, iam corporalis
 65 exercitatio non solum nihil habet utilitatis, sed etiam impia est, et te damnat: quia quod
 dei est tuis adscribis operibus, et adoras opus manuum tuarum, etc, Iacent igitur hic

omnia iustitiariorum opera, et quae praeterea in fide salutis fieri non possunt, quia promissiones dei non habent. Longe ergo a salute omnium sectarum ordines. Atque hic addit Paulus obstruens con tradicentium ora. Indubitatus sermo etc. Hodie omnes fere de hoc
 70 dubitant, multi etiam blasphemant hanc ueritatem. Paulus indubitatum uult, et quod omnibus modis adprobetur: ut uero uniuersus mundus contemnet talia, ut maxime inter se omnes conspirent contra nos, mundi sapientes et sanctuli illi attamen ab hac ueritate nos diuelli non sinamus,

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

Illi in corporali exercitatione et ceremoniis sperats et mortuis rebus, quae nihil prodesse
 75 possunt, confidunt. Nos talia docemus esse impietatem, et spem fidei non habemus in deo uiuente, propterea non potest nos non odisse mundus. Haec confirment corda eorum, qui nuper didicerunt pietatem solam esse, quam respiciat deus, quibus hic locus maxime commendatur.

[p.92]

Enutritus in sermone.

Duo dicit, oportet enim illum accepisse sermonem fidei, qui uult bene docere.

Praphanas et aniles.

80 Prophanum dici, quod sacrum non est, etiam puer nouit. Quicquid ergo ex sacris literis non est, propheta num et anile est et fabula: licet hypocritis et muudus hoc ipsum pro magna habeant sapientia, Christianus homo hoc imo reponet pectori: quod si contempserit, Christianus non est, etc.

Qui est saluator omnium, etc.

85 Certum est hoc dicere Paulum de saluatione temporalis: alioqui non addidisset, maxime fidelium, quos scilicet longe dignius saluat, quemadmodum et in psalmo: Homines et iumenta saluabis domine. Discant igitur gentes, discant hypocritae, non esse fidendum in creaturis et operibus suis, unde misere torquentur et pereunt, tantum abest ut salutem consequantur:

ANNOT. IOANNIS POMERANI

90 confidant autem in eo solo, unde etiam accipiunt cor, poris beneficia. Id quod negare non possunt.

Si audis hic Paulum, eris haereticus hodie.

Id est, sic uiue et exequere negotium tibi commissum, ut despici non possis: id quod protinus exponit dicens: Sed esto forma fidelium, etc.

Nemo tuam iuuentutem.

Praeceptum.

95 Id est, feruore spiritus, ut ad omnia sis strenuus et bonus miles Christi in fide, charitate, etc.

In spiritu.

100 Vult non esse neglectorem officii pastoralis, quod hic donum uocat. ad quod donum duo requiruntur. prophetia et uocatio. Sine his duobus nemo praesumat esse pastor uel episcopus. Prophetia est donum, ut possis potenter docere quae fidei sunt: quam si habueris, expecta donec uoceris, uel a deo, uel ab hominibus, sicut omnes prophetae et apostoli uocatisunt. Vocatio tempore apostolorum fiebat per impositionem manuum super caput uocati, quo ceu signo agnoscebat tur ille uocatus et susceptus. Sic non apostoli (ut non sibi hoc arrogent nostri apostoli) sed discipuli alii ab apostolis congregati eligunt septem diaconos, et orantes

Donec uenero, etc.

IN EPI. PAV. AD TIM. I. 93

[p.93]

105 imponunt eis manus in conspectu apostolorum: bosigno ostendentes apostolis, et reliquae multitudini, quod tales uolebant, et elegerunt ministros. et Paulus imposuerat manus Timotheo docto sacris literis a puero, et erudito in fide, sicut dicit epistola secunda cap.1. Sed non solus imposuerat, ut hic uides. Nam quod hic translatum est, autoritate sacerdotii, non est in Graeco: sed μετὰ πίθεσέωσ, etc. id est, cum impositione manuum presbyteri: quasi dicas latine, senatus, id est seniorum. Vides consensu aliorum
110 Timotheum electum: ita et intellige quod infra dicitur, manus cito nemini imponas. Et quod Tito scribitur, ut constituas per ciuitates presbyteros, etc. Impositio manuum fuit Hebraeis familiaris, ubi aliquid commendabatur deo. Sic Iacob imponit manus duobus filiis Ioseph, Genes. 48. Sic manus super caput hostiae immolandae ponitur, Leuitici I. Sic Christus imponit manus super paruulos: et de credentibus dicit, Super aegros
115 manus imponent, et bene habebunt. Hoc quia externum signum est, uel omitti potest, uel aliter fieri: quia institutum non est, aut mandatum. Electionis tantum signum erat. Quae institutasunt, ut quod oportet episcopumesse sine crimine, aptum ad docendum, etc. Hodie et negligimus, et contemnimus, et uana signa magnificimus: uana dico, ubi res non adest. Et insupersignis externis omnia complemus, et fingimus talia, quae
120 Christus et

ANNOT. IOANNIS POMERANI

apostoli Christi non nouerunt.

Haec exerce.

Vt supra, admonet eum sui officii. Haec exerce, id est in his persiste.

CAPVT V

Seniorem ne increpaueris, etc.

HAec non est adulatio. Nam post dicitur in hos ipso cap. Peccantes coram omnibus, argue, ut et caeteri timorem habeant. Sed potius est Christiana modestia cum omnibus, tum maxime Christiano doctori necessaria, ut et uerba quoque nostra spirent amorem. Verum hic additur, cum omni castitate, ut blanda foeminarum appellatio non solum
5 apud nos pura, sed etia apud ipsas et apud alias sine suspicione sit. Oportet enim nos prouidere bona, non tantum coram deo, sed etiam coram hominibus, ad Rhom.12.

Viduas honora.

Locus hic est de uiduis, quas omni auxilio destitutas, suscipiebat ecclesia alendas, quibus prouidebant Diaconi ex bonis ab ecclesia in pauperes collatis. Hae non propter uotum, quod scriptura non nouit uspiam suscipiebantur, sed propter paupertatem. Et has uocat
10 uere uiduas, quae non solum marito, sed etiam filiis aut amicis, qui eam alere possent, aut bonis destitutae

94 IN EPI. PAV. AD TIM. I.

funt, has praecipit honorandas, non uerbis aut gestu: sed rebus ipsis, sicut praecipiuntur honorari parentes. et infra: Presbyteri duplici honore digni sunt, etc. Vide quaeso quam diligenter cauet Paulus ne iniiciat laqueum, aut certe ne cadatur in laqueum diaboli ab
15 ipsis uiduis, quae tantum suscipiebantur alendae, ne ocium sectantes in alieno labore inciperent lasciuientes deficere a Christi fide. Quam bene nouit Paulus hoc genus, de quo dicit, quae in deliciis uersatur, ea uiuens quidem carne, mortua tamen est deo: id est, fidem abnegauit. Vbi autem sunt illi laudatores uirginitatis et uiduitatis? qui nihil aliud faciunt quam quod in laqueos trudent insanis laudibus, nescientes de quibus adfirmant.
20 Paulus laqueos cauet, et in uirginitate et uiduitate, sicut hic uidet. et I. Corin.7. Propter fornicationem, inquit, unusquisque habeat uxorem suam. Et iuniores uiduas nubere uolo, filios procreare, etc. Et sic sequentur non Hieronymum, led deum, qui eas ad talia creauit, certae quod deo talia placeant, et quod per haec seruiant proximo, id est, marito, filiis, familiae. Reliquain hunc locum uide in libel lo de uotis in fine. De uiduis hodie minus
25 periculi est, de quibus tamen solis scripsit Paulus, sed alendis, non uo to adstringendis. Doctrinae uero daemoniorum perpetuos laqueos omni fere aetati et sexui iniecerunt, etc.
Quod si qua uidua.

[p.94]

ANNOT. IOANNIS POMERANI

Viduae annos natae sexaginta, aut sunt uere uiduae et desolatae, hae alantur: aut non sunt desolatae, sed habent liberos aut nepotes, hae gubernent domum pie, id est, in
30 domino et doctrina fidei, et uicem reddant maioribus: id est, sic seruiant minoribus ad se pertinentibus (quos uocant liberos et nepotes) sicut ipsis seruitum est a suis maioribus. Quod si facere nolunt, fidem abnegarunt, et sunt infidelibus deteriores. Quam enim fidem haberent qui hoc nolunt quod deus uult, et illos abiiciunt, quos deus ipsis dedit, quibus

nisi seruiant, nulli seruire possunt? Qua quaeso charitate uterentur in alienos, quae
 35 suos negligunt et contemnunt? Fides esse non potest, ubi fructus eius non ostenditur,
 nonsolum erga alienos, sed etiam erga illos ad quos etiam natura propensa est.

Porro quae uere uidua est.

Describit quae sit uere uidua, quae desolata speratur caste uictura, tamen si iunior est,
 nubat et non suscipiatur alenda, tradatur marito alenda, ne postea lasciuuiat in Chris-
 tum. Sed quis hodie pauperem tradit marito? Felix haec ordinatio, sed non seruata.
 40 Degenerauit autem in sectas perditionis utriusque sexus.

Hominum testimonio, etc.

Nec omnes uiduas sexaginta annorum, licet desolas taesint, suscipit: sed quae testimonio
 hominum comprobatae sunt, ne postea sint scandalo Christianis inter

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

gentes. Irreprehensibiles, id est, sine crimine coraus bomnibus.

[p.95]

Id est, fidem in Christum, alioqui non diceret, lasciuire toeperint in Christum: quae
 45 deinde non solum sunt scan dalo Christianis, uerumetiam obloquuntur in domibus
 aliorum, ctiam gentilium, dum quaerunt maritos. Vide libellum de Votis. Hoc est quod
 hic addit, nullam occasionem dare aduersario, ut habeat ansam maledicendi Euangelicae
 doctrinae. Fidem uero in Christum et non uotum intelligere Paulum satis ostendit quod
 Iequitur. Iam enim nonnullae deflexerunt, secutae satanam.

Primam fidem.

Quod si quis fidelis.

Iam etiam gloriantur monachi, quod sua relinquunt, at uiuant ex ecclesiae bonis. Clerici
 50 uero et sua retinent, et pauperum sudore uiuunt. Paulus non uult, ne uiduis quidem,
 quibus per amicos succurri potest, grauari ecclesiam.

Hactenus de uiduis, etc. Praeceptum charitatis exis git uere uiduis succurrere. Caetera
 quae hic ordinat de uiduis Paulus, bona sunt ad cauendos multos laqueot in uiduis: quae
 55 tamen non ita accipe, quasi legem tibi praescribat Paulus, cum uir spiritualis posset
 etiam adhuc aliqua ex his immutare, et aliter obseruare pro loco et personis, si uideret
 expedire. Praeterea de quibus scribit, hoc honestum est et acceptum coram

ANNOT. IOANNIS POMERANI

deo. Tu uero uide ne ista contemnas, caue laqueos, caue scandala. Paulus astutias satanae
 non ignorauit, etc.

Qui bene praesunt presbyteri.

60 Senioribus, qui praesunt in ciuitate reliquae multitu dini, et bene praesunt, debetur duplex honor. Alter, ut authoritati eorum deferatur, et obediatur eis cum reuerentia. Bene enim praesunt, id est secundum iudicium spiritus quod habent, omnia sine neglectu disponunt. Alter, ut ex ecclesiae bonis eis prouideatur de necessariis, qui ob gubernandi et curandi quae greg salubria sunt, occupationem et studium, sua curare non possunt. Et cum haec
65 debeantur illis, qui bene praesunt. id est in domino praesunt, in primis debentur etiam his, qui laborant in sermone et doctrina, id est euangelistis siue doctoribus, Matthaei Io. Iad Corin.9. Gala.6.

Aduersus presbyterum.

Qui praesunt, facile incurrunt odia inobedientium, et idcirco non facile audiri debent, qui tales accusant, cum quod suspecti sunt accusatores, tum quod maiori scandalo sunt,
70 qui praesunt, si crimine notati fuerint uel suspecti. Quod si manifestum fuerit ecclesiae eos peccal se, aut peccare, uel contra eos probatum fuerit duobus aut tribus testibus secundum legem, Deu.19. Ab episcopo, id est euangelico doctore siue apostolo, qui illic constitutus est, debent coram omnibus argui, ne dum

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

conniuetur, eorum error uideatur uel approbari, uel non esse error, et inueniat imitatores. [p.96]
75 Ideoque non est necessarium quaerere, quomodo haec conueniant cum uerbis Christi, Matt. 18. Corripe eum inter te et ipsum. Nam hic dictum est ecclesiae. Ergo coram ecclesia cora ripiendi sunt presbyteri peccantes, si sic conuicti fuerint. Maius praeterea periculum est in his qui praesunt, si peccant, quam in aliis fratribus. Aduerte ergo, quod consequentia textus postulat, ut quod dicit, eos qui peccant, etc. de senioribus siue
80 presbyteris in telligas. Si uero de quibuscumque intelligere uolueris, ta men necesse est, ut de manifestis criminibus, aut de con uictis intelligas secundum euangelium.

Obtestor in conspectu dei, etc.

Deus, Christus, et electi angeli nostra uident: sic ergo exequamur nobis commissa, ut in conspectu talium. Vt serues, inquit, haec sine praecipitatione iudicii, sed sano consilio et diligenti inquisitione per testes, etc. Nihil facies iuxta propensionem animi,
85 id est car nali iudicio et fauore in persona, aut odio, hoc est, uide ne subito proferas sententiam secundum affectum subitum, quia et lex dei de iudicibus dicit, Deute.16. Iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent, non accipias personas, nec munera: quia mu nera excaecant oculos sapientium, et mutant uerba

ANNOT. IOANNIS POMERANI

iustorum, iuste quod iustum est prosequareis.
90 Id est subito, ne alicui committas episcopi munus, sel probetur antea, si talis sit, qualem supra depinxi.

Neque comunices peccatis alienis.

Manus cito, etc.

Si qui iniuste faciunt, si qui quod iustum est, non iuste exequentur, uide ne consentias, ne connueas, ne taceas: sed contradicas, etc. Vt si nihil aliud efficias, tamen conscientiam tuam liberares, hoc est quod addit; temetipsum purum serua.

Ne posthac bibas aquam.

- 95 Hinc habes, quod corporales exercitationes pro nostro arbitrio seruare, mutare, intermittere, omittere possumus, quas adhibemus secundum corporis nostri rationem, ut seruiat, non intreat, etc.

Quorundam hominum peccata.

- 100 Quia dixerat, neque comunices peccatis alienis: ne hic superstitiosius trepidaret Timotheus, dicens: Quid si ignorem peccata aliena, id est illorum quibus communico? respondet: Dies docebit. Ergo quod dixi, ne sis in iudicio praeceps, nihil opertum, quod non reuelabitur: interim nihil iudicato. Pro bonis habeto, de quibus nemo male sentit, qui nemini sunt occasio peccati. Hic nihil tuae conscientiae, aut tuo officio erit periculi. Atque hanc hic esse ueram sententiam, quam con

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

- 105 textus requirat: credo, ut iudicium hic non intelligas illud Christi extremum, sed iudicium humanum in hac uita, quod supra commisit Timotheo. Sic dicit: Manifesta peccata procedunt ad iudicium, id est non indigent iudicio, uel ut iudices, siue sententiam de eis proferas, quia iam iudicata sunt. Aliquorum uero peccata subsequuntur: id est, postea nota erunt. Ex fructibus enim cognoscetis eos. Sic et opera bona manifesta sunt ante: id est, antequam iudicentur uel de eis sententia feratur. Ea uero quae secus habent, id est in occulto male fiunt, aut uelut bona sese per hypocrisin uendunt, ut cultari non possunt, id est suo tempore prodentur. Tunc ergo iudicandi sunt ab ecclesia mali, quando malos esse notum fiet. Non maculauit Christum, quod Iudam habuit apostolum, caeteris nescientibus, quod esset diabolus et proditor. Nam interim non male docuit, officium non neglexit, nemini scandalo fuit, et c. Sic et de manifestis fructibus carnis et spiritus legis ad Gal.5.
- 115

[p.97]

CAPVT VI

Quicumque sub iugo sunt serui, etc.

Prima ad Corin.7. dicitur: Unusquisque in qua uocatione uocatus est frater, in hac permaneat apud deum. Apud deum, inquit, ne credas te in conditione ne turpi oportere manere, quando uenis ad fidem. De oibus ergo mediis intellige. Media sunt siue indiffe

ANNOT. IOANNIS POMERANI

rentia omnia externa, praeter ed quae prohibet. Non ergo refert, Christianus siue Iudaeus
 5 sit, siue gentilis carne, siue seruus sit, siue dominus, siue mas sit siue foemina, siue
 sutor siue consul, siue rusticus siue princeps, etc. Serui igitur non negligunt officium,
 quia Christiani facti. Nam hanc conditionem eis deus dedit, ut in hac uitam transigant,
 nisi melior sese libertatis etiam corporalis obtulerit occasio, sine domini iniuria, aut
 cum domini uoluntate. Seruient ergo cum bona conscientia: siue dominis gentilibus,
 10 quia hoc gratum deo est, ne blasphemetur Euangelica gratia, sed commende tur potius,
 quod tales faciat seruos, talesque homines, siue Christianis dominis: quia iam non tam
 dominis, quam fratribus seruiant, de quo etiam gaudeant, quod tales habeant dominos,
 qui turpia exigere non possunt. De hoc loco uide in epistola Petri, et saepe alias in Paulo.

Omnia repetit quae dixit. Nam (quod et in principio monuit (aliud docentes uitari
 15 uult: id est, illos (ut ait) qui non accedunt sanis sermonibus Christi, et doctrinae quae
 ad pietatem tantum pertinent. Hic uides haereticos esse omnes, et excommunicandos,
 qui alii docent. Vides quoque omnes epistolas Pauli nihil alium esse, quam sermones
 Christi, et doctrinam quae solum spectet pietatem. Quomodo enim alia doceret, quae
 ipse excommunicationis maledicto uetat? Aduer.

Haec doce, etc.

IN EPI. PAV. AD TIM. I. 98

20 te hic quam egregie depingat illud genus doctorum, qui aliud docent, scilicet esse
 homines inflatos, ignorantibus, insanientes ad inutiles quaestiones et disputationes de
 genealogiis, de iudaicis fabulis, de animabus separatis, de choris angelorum, de fictis
 reuelationibus, de humanis traditionibus: de his quae scriptura non nouit, ex quibus
 nascitur inuidia, etc. dum quisque se praeferre sua sapientia nititur. In summa dicit
 25 esse homines, quibus adempta est ueritas: id est, fides in Christum, qui omnia tentant,
 qui quaestui suo consulant: uocant tamen interim quaestum pietatem: id est, gloriam et
 cultum dei. Hic uides sophisticatedos theologos, et papisticum regnum, de quibus rursus in
 fine. O Timothee, etc. ubi iubet eos excommunicandos, et eorum doctrinam uitandam,
 quod habeant ficta et inania uocabula, quae scriptura non nouit, et opponant scientiam
 30 suam quae scientia non meretur dici, sed inscitia et insipientia: quam perfitentes, a fide
 et a scopo uero aberrauerunt. Isti sunt liberum arbitrium habent pro gratia, rationem
 pro fide, opiniones pro iudicio spiritus, doctrinas hominum pro doctrina sacra: quibus nihil
 in ore est, quam primatus Petri, fides acquisita: uniuersalia, formalitates, actus elicitus,
 intellectus agens, intellectus passibilis, connotata, relationes rationis in peccatis, etc.
 35 quasi doctissimi quauis de re disputant, et aliter sentientibus se sua scientia opponunt,
 etc. Sed hoc est, inquit Paulus.

[p.98]

ANNOT. IOANNIS POMERANI

a fide longe abesse, et non esse Christianos, qui se sapientissimos, et haereticae prauitatis
 extirpatores iactitant. Seiungere, inquit, ab his qui eiusmodi sunt.

40 Quid attinet falsa scientia et humana doctrina pro quaestu seducere mundum, cum
 quaestus uerus sit et magnus, habere pietatem, et esse sua sorte contentus O uerbum
 breue et suauiissimum, quod creditum facit in utraque uita beatos, et mente pacatos,
 Contra qui non curata pietate, sua sorte nolunt esse contenti sed uolunt ditescere: id
 est, uoluntatem quam deo debent, consecrant mammonae, incidunt in tentationem et
 laqueum, etc. quia pro consequendo lucro incipilint agere contra conscientiam, et perdunt
 45 fidem, sis eut uides in Euangelio de semine, quod cecidit inter spinas. Caeterum attende
 quod dicit, qui uolunt diuites fieri, non contenti sua sorte: et non dicit, qui diuites sunt.
 Nam diuitiae sunt media, qbus spiritualis recte uti potest. Hoc est quod infra dicit: his
 qui diuites sunt etc. ubi praescribit quod sit recte uti diuitiis, si qui eas habent,

Est autem quaestus, etc.

De laboribus multis.

Id cum accidat omnibus qui solitudinem deo nõ relinquunt secundum Euangelium:
 50 Nolite solliciti esse, etc. Quid putas futurum de illis, qui contra conscientiam et pietatem
 audent quaerere sua luca? etc,

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

[p.99]

Nam ad eum non pertinet, qui uult seruire mammonae.

Tu uero homo dei.

Sectare iustitiam, etC.

Per haec cum deo agimus. Sectare charitatem, patien tiam, mansuetudinem: per haec
 cum proximo agimus. Hae sunt diuitiae Christianorum, de quibus Christus dicit: Primum
 55 quaerite regnum, etc.

Certa bonum certamen fidei.

Persta in fide, et nullis cede uel aduersis, uel aduer ariis, ut agas uel omittas contra tuae
 rationem fidei: id est, contra id quod iam doctus sentis. Adprehende uitam aeternam, ut
 hanc uitam pro ueritate contemnas, ne huius uitae amore contra fidem aliquid committas,
 aut in aliquo cedas aduersariis. Ad quam, inquit, uocas tus es. Christianus homo ad
 60 mortem huius uitae, et quicquid ex Adam nostrum est, uocatur, et non perficitur eius
 sanctificatio, donec omnia intereant. Tantum enim apprehendit uitae aeternae, quantum
 ei quotidie baptizante spiritu et igne, decedit ex hacuita. Haec est mortificatio ad uitam.
 Dum ergo uocaris ad uitam, certus esto hoc ipsum sine morte fieri non posse. Sine cruce
 non glorificatus est Christus, ita nec Christianus sine cruce glorificabitur.

Et professus es bonam professionem.

65 Scilicet in baptismo, cui solebant Christiani adesse,

ANNOT. IOANNIS POMERANI

ut sciretur hic esse frater qui baptizabatur, cuius iam confessionem adstantes, ceu testes audirent. Nisi hic uee lis intelligere Timotheum hanc professionem docenedi populum, et episcopi munus suscepisse coram multis testibus: id est, praesente populo Christiano.

Praecipio tibi coram ideo, etc.

Vides in hac epistola, quanta cura tommedet Timotheo, quae sunt muneris episcopi: 70 praecipit et adiu rat per omnia Christianorum sacra, sicut saepe uides: id quod non facit in aliis epistolis. Nimirum ostendens in hoc negocio pendere omnia: quod si non pie curetur, relicta doctrina pietatis, oia quae Christiana sunt intereunt, sicut factum uidemus. Vnde hic praecipit coram deo, qui uiuificat omnia: et coram Christo, qui a 75 professione sua non decessit, cum erat adiudicandus morti, ut uitam ad quam uocatus est Timotheus, et professionem quam professus est, mordicus teneat, etiam inconspectu mortis et inferorum: id est, ut seruet man datum quod accepit, immaculatus coram deo et irre prehensibilis coram hominibus usque in finem. Imprimis enim necessarium est episcopo, ut faciat quae sui muneris funt: ad quod certe indiget non paruo spiritu, necesse quae est, ut iugiter postulet a deo: alioqui nihil efficiet,

Vsque ad apparitionem.

80 Christiani ueri sic omnia deponunt, ut parati et uis

IN EPI. PAV. AD TIM. I.

gilantes possint occurrere Christo uenienti ad iudicium, scientes et se tunc glorificandos. Sicut de quinque prudentibus uirginibus habet parabola. Id quod legis fere ubique in nouo testamento, praecipue in concionibus Iesu saluatoris, et epistolis Pauli: ad quem diem hac uita perfuncti omnes seruantur exuscitandi, et ta les seruantur, quales hinc 85 abierimus. Tunc omnes simul reprobi damnabuntur, omnes simul electi glorificabuntur.

Et solus habet immortalitatem.

Frustra ergo aliunde petieris, ut sis immortalis. Ita Jolus habet immortalitatem, sicut solus habet uitam, qui et ipsa uita est. Caeterum de immortalis et beato deo dixi quoque supra cap.I.

Lucem inaccessam.

Id est, hominibus incomprehensam: id quod exponit dicens, quem uidit nemo, etc. Vide 90 annotata Ioan.I. et Esaiae 6. Vnde ergo cognoscimus deum, sine quo non possumus esse beati? Respondeo, lege I. Ioan.4. et inuenies.

Depositum.

Id quod tibi creditum est, scilicet doctrinam et oh cium.
FINIS